

V. Teuffel 10 991

Wd. 82.



13.

No 2225

13

DISPUTATIO JURIDICA
PRIMA
DE

2

B O N O
V I R O

Quam
SVB PRÆSIDIO

J. F. W. PAGENSTECHEK A. A. F. J. U. D.
EORUMQUE PROFESS. ANTEA MAR-
BURG. NUNC VERO STEINFURT. EX-
TRAORD. ET ILLUSTRISS. AC GENE-
ROSISS. S. R. I. COMITIS DN. ERNE-
STI COMIT. IM BENTH. TECKLAB.
ET STEINF. &c. SECRETARII
INTIMI, Ac ARCHI-
VARII.

Ad D. 27. MART. PUBLICE DEFENDENDAM
SUSCIPIT

MAURITIUS BALCKE,
TECKLABURGENSIS



BURGO-STEINFURTI

Apud CONRADUM CONRADI, Illust. Arn. Typ. 1709.

PRÆNOBILISSIMO. AMPLISSI-
MO ATQVE CONSULTISSIMO
VIRO

DOMINO
MAURITIO
WINCKEL

JCTO EXCELLENTISSIMO, ET ILLU-
STRISSIMO AC GENEROSISSIMO CO-
MITI LIPPIACO, FRIDER. ADOL-
PHO DOMINO, DN. LONGUM CLE-
MENTISSIMO, à CONSILIIS AU-
LICIS, MERITISSIMO, FOR-
TISSIMO,

AVUNCULO SUO DEVOTISSIME
HONORANDO.

Eo quo decet cultu hæc Studiorum suo-
rum primitias & se ipsum

D. D. D.

MAURITIUS BALCKE;

Tecklaburgensis.



C A P. I.

§. I.



Uamvis unusquisque præsumatur bonus, Men-
dez á Castro *in prax. Lusit. lib. 5. c. 1. n. 64.*
adeo ut testi super bono magis quam super
malo deponenti credendum sit, Mascard. *de pro-*
bat. conclus. 223. cum pro delicto jura non præ-
sumant. Alex. *conf. 128. lib. 4. n. 3.* Card.
Tusch. *tom. 1. concl. 165.* nihilominus iudicis personæ tantum
adscribitur, ut sub *Boni Viri* appellatione per excellentiam
veniat: nam quemadmodum simplici *Episcopi* nomine intel-
ligitur Pontifex Romanus, sola *Regis* appellatione (licet Ma-
ximilianus se Regem Regum, & Regem Gallix Regem
Afinorum, Angliæ Diabolorum, & Hispaniæ Hominum
vocataverit. Horn. *orb. polit. p. m. 9.*) Rex Galliarum, Thom.
Lanf. *de principat. int. prov. Europ. Orat. pro Gallia p. m. 145.* &
Poëta apud Græcos Homerus, apud Latinos vero Virgilius, uti
Propheta Moles, Polman. *racemat. ad §. 2. 7. de jur. nat. n. 7.*
ita Judicem in specie notat *Boni Viri* significatio. Hippol. de
Marfiliis *pract. crimin. §. constante. n. 67. vid. l. 41. §. 9. ff. de le-*
gat. 3. l. 45. & 77. ff. de procurat. l. 3. §. 1. de recept. & arb.

A

l. II.

l. 11. §. 8. de legat. 3. l. 5. §. ult. ex quib. caus. inposs. l. 137. §. 2. de V. O. quo spectat sequens Horatii. lib. 1. Epist. 16.

VIR BONUS est quis?

*Qui consulta Patrum qui leges juraque servat,
Quo multa magnaque secantur JUDICE lites,
Quo Responfore & quo causa teste tenentur.*

§. 2.

Judex igitur *Bonus* est, & quidem varias ob causas, vel quia (1) jus administrat, quod est ars æqui & boni *l. 1. ff. de just. & jur.* ita ut per bonum ibi intelligatur quod *Rempubli-* cam beat *arg. l. 49. de V. S. junct. l. 6. de just. & jur. vid. hon. Dn. Patris mei Admonit. ad ff. part. 1. §. 8. & ad Instit. Lib. 1. Aphor. 6.* ab æquo, quatenus ex juris naturalis fonte non nisi per remotiores consequentias derivatur, separatum. Magir. *ad Aristot. 5. eth. 10. l. 1. §. 1. de just. & jur. l. 90. de R. 7. l. 24. §. 1. de minor. l. 8. C. de pact. conv. l. 31. ff. de pos. l. 42. de V. S. l. 27. §. 1. de her. per. l. 29. C. ad L. Jul. de adult. l. 5. C. ad Orphis. l. 3. §. 1. ff. de concub. nov. 18. c. 5. dissent. Voet. ad ff. de 7. & 7. n. 3.* vel (2) quia Dei minister est in terris. *Castrenf. conf. 381. lib. 1. Judex est in princ. supremo judici asimulandus Card. Tusch. conf. 382. tom. 2. unde & Pater audit. H. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 24. §. 2. imple,* inquit Augustinus ad *Comitem Marcellinum, Christiane judex pii patris officium,* vel quia [3] eo designatur, illos qui vix Alpha & Betha cognoscunt, ut cum Juvenali loquar, vel buccones, cum Plauto, ad *Judicis officium neutiquam admittendos esse. Boc. Cl. 6. D. 2. §. 24. nov. 82. pr. & c. 1. Card. Tusch. tom. 2. conf. 382. n. 2. nam Vir doctus Latinis etiam Vir Bonus audit. Virgil. eclog. 5. v. 1.*

Boni

Boni quoniam convenimus ambo

Tu calamos inflare leveis, ego dicere versus.

vel quod [4] judex debeat in judicando esse fortis, sapius enim bonum pro forti dicitur. Salust. *Sane bonus ea tempestate contra pericula & ambitionem*: item Catilinæ sed libertatem quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit. item Ambros. *de suo jure virum bonum aliquid relaxare non solum liberalitatis, sed plerumque etiam commoditatis est.* H. Grot. *de jur. R. & P. lib. 2. c. 24. §. 2.* Virgil. *lib. 1. eneid. v. 199.*

Bonus quæ deinde cadis onerarat Acastes.

ita judices sint boni, id est fortes, vitio & labe carentes Juvenalis *sat. 14. v. 68. & 69.* nullis donis vel munusculis ad exemplum Starchateri Thavesti, placandi: cujus sequens capropter reperitur sapphicum:

Fortium crudus cibus est viroorum:

Nec reor laetis opus esse mensis

Mens quibus belli meditatur usum

Pectore forti.

neq; enim Zlotababæ, in confinibus Lituanorum ac Muscovitarum statuar, decet judices vestigia premere, certis munusculis à viatoribus placandæ, si quam anhelent suscepti itineris securitatem vid. Olaus Magn. *de rit. gent. Septent. lib. 3. cap. 1. in fin.*

§. 3.

Quod & ipsum vocabulum *Vir*, si catapirateri subjiciatur, videtur notare simul, ita ut Judex non tantum *bonus* sed & *bonus Vir* sit: *Viri* quippe nomen vis virtutisque animi & corporis signum habetur, & character dignitatis. Senec. *cur bon. vir. mal.* Homer. *ἀνδρῶ μοι ἐννεο.* Virgil. *arma virumque cano.* Cicero. 11. Philipp. *Virum* inquit, illa causa desiderabat Virgil. *eclog. 3. v. 7.*

A 2

Par-

*Parcius ista Viris tamen obijcienda memento.
& lib. XI. aeneid. v. 632.
Implicuere inter se acies, legitque virum Vir.*

Unde Germani utuntur vocabulo Mann / hominem fortem ac succi plenum animi & corporis dote maectatum amplissima indicantes: uti cum dicunt: Das ist ein Mann! hinc Hofeman / Edelman. Amtmann / Ammann & apud Omnes Occidentales Grietman, à Great quod ipsis, & Anglis est Groot, hinc Groningans Camera Hovetmannorum. Feltman. de juram. perhor. cap. 21. n. 11. hinc Romani Principes appellabantur Alemanni, Germani, quasi summi Viri unde Altman / Garman / quasi Gar ein Mann / Mynsing. ad princ. 7. in proam. quocum coincidit appellatio Kerle / Kerl / Keerl / Kevil / generosum Virum notans, sicuti in Suecia & Saxonia eo adhuc hodie utuntur Scalig. exerc. 266. à Carolo Magno hac nominis deductione sine dubio facta. Gryphiand. de Weichbild. Saxon. Cap. 7. n. 8. & 9. Quemadmodum de Carello (Kerl) Gundibergæ Reginae castitatem duello vindicante memoria proditum. Paul. Diac. lib. 4. de gest. Longob. 16. aliquando tamen in malam partem sumitur, uti si virum honestum eiten Podagrifchen Kerl nominem. Feltman. de Dea Podagr. c. 34.

§. 4.

Longe ab hac diversam significationem habent Jura Feudalia, per Mann non virum sed hominem exprimentia, ita ut Mann homo & vasallus sub eadem significatione veniant, Exc. Coccej. hypomn. jur. Feud. tit. 2. §. 1. Beier. disp. feud. Schnob. 1. th. 14. unde Mannsehn / vermennen / pro sehen empfangen & verdienen Feltman de Jure Feudal. Cap. 2. §. 1. n. 4. & 5. hinc man-

manneet / manschap / mannen / mannhäuser / mandag / man-
botte / mangericht / manrichter / manhaus / manbuch / mansum ,
1. F. 4. §. 5. mansuarius, mansionile: vid. Dn. Patris mei *Not.
Feudal, ad d. Felman. Cap.* hinc malsmann/i. e. Dingpflichtig pro
subdito, cujus sæpe fit mentio in privil. Imp. Sax. Gryphiand.
de Weichbild. Saxon. Cap. 65. n. 10.

§. 5.

Hæc sufficiant de utroque verbo sejunctim considerato ;
tandem & ipsam materiam aggregiendi tempus erit: nisi
quod parva addenda sit mantilla, scilicet quod ordina-
rii iudices non tantum, sed & arbitri, & in genere illi quorum
arbitrio ex æquitatis ratione conditio decidenda est *boni viri*
nonnunquam vocentur l. 22. §. 1. *de R. I.* & ibi Wissenbach.
n. 6. sicuti & ille bonus vir audit, cujus uxor Extravaganti-
bus tam communibus quam singularibus operam gestit nava-
re, alias nominatus corniger, curruca, & cuculus, een Hoorn-
draeger / ein Hahnrei. Terent. *Eunuch. act. 3. sc. 3. ille autem
bonus vir nusquam apparet* conf. Carpzov. 2. *Res. 59 n. 4.* De
curruca & cuculo exstat epigramma in hon. Dn. Patris mei.
Progymn. de Jur. Fil. Membr. 5. §. 11. quod ut in presentiarum
adjungam substrata materia videtur deponstulare, nimirum:

Subfessor Cajum vocitarat forte: *cuculum.*

Ipse, inquit Cajus, tunc cuculus ades;

Scomma retorquendo, subriisit adultera: *quantum*

Curruca distant atque cuculus? ait.

Si quis de cornigeris quædam in corde suo aveat volutare, is
dignetur inspicere Johannis de Nevizanis *sylvam nuptialem*
lib. 4. *Est nubendum n. 92.* tantum utilitatis exinde hauriet.

quantum Bombomachides Cluninstaridijsarchides in campis
Gurgustidoniis: nam

*Ingeniosa suo Confux dat arma Marito
Quolibet, ut quò vult hac ope tutus eat.
Cornutus quocumque ierit non pergit inermis,
Ut possit tutus quolibet esse loco.*

§. 6.

Tantum est quod vobis impertitur O Aristæi filii! Tan-
tum est inquam quod vobis adscribitur o Actæonio ornamen-
to superbi plagigeruli! Vobis hoc datum est, vobis etiam re-
servabitur: nam quis nescit injuriarum actione illum teneri,
qui alterum ironice *Bonum Virum* appellaverit: illa siquidem
verba quæ vel legis vel consuetudinis determinatione contu-
meliosa sunt, injuriam important. Mencken. *disput. 2. th. 12.*
quale est illud, si dicam, *tu es bonus vir, Tu es bonus homo.*
Clar. in §. *injuria in princ* Lauterbach. *comp. ff. pag. 665.* Carpz.
2. *Res. 59. n. 4.* quia *cornutus* eo designatur communiter Card.
Tusch. *tom. 3. concl. 158.* ita ut ille non sit audiendus qui ani-
mò jocandi, non vero injuriandi talia dixisse se proferat, nam
protestatio actui contraria nihil operatur. *e. 54. inf. de appellat.*
Dn. Stryck. *de caut. contr. §. 2. c. 1. §. 27.* Carpz. 2. *const. 10.*
def. 22. Gail. 2. Obs. 101. n. 2. quid enim si honesto viro dixe-
rim, *Tumentiris*, sed *salvo honore tuo*, eritne actioni injuria-
rum locus? Omnino satis: ita enim probatorum Jurisconsul-
torum communis est conclusio: Berlich. *part. 7. concl.*
59. num. 47. Damhoud. *pract. crim. cap. 136. num. 7.*
Mencken. *disput. 2. th. 11.* nam ne quidem sacramen-
to standum est proferentis verba injuriosa, si dicat se
dicere

dicere ex joco, & non animo injuriandi, prout loquitur Card. Tutch. tom. 3. concl. 159. n. 6. & ibi all. Joan. de Anan. conf. 44. n. 6. & Bolag. in fin. ver. *secundo premitto*: scio quidem in amicis & cognatis animum jocandi magis præsumendum esse quam injuriandi, verum hoc restringendum est ad cognatos *valde propinquos* l. 39. de injur. Mencken. disp. 2. th. 20. Hunn. coll. crim. disp. 2. th. 8. & qui hoc ignorat, ille sane stultior est barbaro Potio.

§. 7.

Ast quid opus est hæc longo sermone trahere? cum de bono Viro in specie sic dicto, id est, de Judice tantum, aliquid peragere in animum induxerimus cum maxime: ita ut hac ordinis indubitata observata ferie agamus (1) de boni Viri habilitate (2) de competentia. (3) de officio. *Favete igitur, adeste a quo animo, & rem cognoscite.*

CAP. I.

DE

BONI VIRI

HABILITATE.

§. I.

Bonus Vir sive judex est persona quæ præest judicio inter litigantes medium agens; sive est persona publica Auctoritate ad judicandum constituta l. 22. C. ad L. Corn. de fals. Rit-

Ritterhuf. *part. 9. novell. c. 6. n. 5.* quem Aristoteles in *Eth. ad Nicomach.* *δυνασῆς* & *περόδικος* appellat, ita ut *δυνασῆς* idem sit quod *δυνασῆς*, ab adverbio *δύνα* *σέως* *δυνασῆς* & verbo *δύνασθαι* *separo*, eo quod utramque partem altercando quasi conjunctam pro jure & æquitate separare judicis sit officium Vultej. *de judic. lib. 1. cap. 4. n. 10.* unde in Omlandia vocatur een Nedger / quod descendit à *reddeu* *retten* / *erretten* / quia partes separando liberare debet. Feltman. *de juram. perhor.* *cap. 21. n. 10.* quali potestate non gaudebant apud Romanos judices pedanei, utpote quibus simplex duntaxat competeat notio, de facti controversi veritate cognoscendi, & secundum formulam à Magistratu præscriptam judicandi, sed absque mixto imperio *l. 93. ff. de V. S. l. 15. pr. ff. de rejudic. l. ult. C. ubi & apud qu.* ita ut sententias suas neque executioni demandare, neque contumaces potuerint coercere Scip. Gentil. *1. de jurisd. 8.* Lauterb. *comp. 7. pag. 23.* Clezel. *de appell. cap. 4. n. 19. & 20.* Vultej. *de judic. lib. 1. cap. 4. n. 41.* Feltman. *de jur. perh. c. 20. n. 21.* vid. Dn. Patris mei. *Lib. 4. Aphor. 108. & Disput. ad L. Vinum. th. 12.* Card. Tusch. *tom. 3. concl. 469. l. 3. ff. nau. caup. staob.* quod edictum de tribus nebulonibus (cujus notabile corollarium monstravit Pater meus in Muro Atheneo Admonitoriis annexo pag. 203.) vocavit. Klock. *de arar. lib. 2. cap. 59. n. 7.* Zaunschliff. *de offic. jud. supplet. part. 1. concl. 10. §. 5. in fin.* oportet igitur illos nescire quantum distet ab Inacho Codrus, qui Prætozem inter & judicem pedaneum tantum dicunt interfuisse olim, quantum cum maxime inter Judicem Aulicum & Judicem inferiorem: Rifum teneatis Amici! *ὅτι ποιεῖσθε κωδῆσ.* vid. Berlich. *part. 5. concl. 38. n. 126.*

n. 126. Carpoz. part. 4. const. 28. def. 4. n. 7. Ast manum de tabula; videndum potius quidnam in Bono Viro requiratur, antequam præfata ipsi possint jure assignari & merito: nimirum ut de ipsius habilitate constet, id est, (1) sit datus ab eo qui iudices dandi potestate gaudet. (2) ut dari neque prohibeatur neque impediatur. (3) ut non sit suspectus.

§. 2.

Judicem dare possunt, inquit Paulus *lib. 17. ad Edict.* quibus hoc lege vel constitutione vel Senatus consulto conceditur: is quoque cui mandata est jurisdictio, iudicem dare potest, ut sunt Legati proconsulum, item hi, quibus id more concessum est propter vim imperii, sicut præfectus urbi, cæterique Romæ Magistratus. *l. 12. §. 1. ff. de judic.* ita ut non tantum Magistratus Urbani sed & Provinciales, non quidem more majorum aut jure suo, sed ex lege, quæ nominatim eis hoc tribuebat, iudices dandi potestate gaudeant. *l. 13. ff. de jurisdict.* vid. Vultej. *de jud. l. 1. c. 4. n. 74. & seq.* cum Urbani & majores id faciant vi jurisdictionis. *l. 3. ff. de jurisdict. l. 12. §. 1. judic.* Bockelm. *ad ff. iii. de jurisd. §. 14.* ita ut iudices dandi licentia tum referenda sit ad jurisdictionem ordinariam, per *dd. ll. Baeh. v. 1. D. 3. §. 4. Lauterb. comp. ff. pag. 23.* nisi malis cum Dn. Patre meo per punctorum atque commatum factam interpolationem dictæ legi tertiæ, novum commodioremque sensum applicare, quod iudicis datio ad imperium referatur in specie sic dictum. *in Admonitor. ad ff. part. 1. §. 77. conf. d. l. 12. §. 1. ibi vim imperii:* neque obstat, quod ei cui mandata est jurisdictio, idem jus competat *d. l. 12.* nam illud singulare est in Legato Proconsulis, cui multa competunt, quæ ad alios non possunt extendi, cum & tutoris dandi

B

potest-

potestatem habeat. *l. 1. §. 1. de iur. dat.* item à Legato ad pro-
 consulem eat appellatio *l. 2. ff. quis à quo appell.* cum regulari-
 ter ab illo cui mandata est iurisdictio non ad mandantem sed ad
 superiorem provocetur *l. 1. §. 1. quis à quo apit.* Lauterb. pag.
 25. Clezel. *de appellat. cap. 4. n. 20.* non potest Proconsul ipsi
 Legato iurisdictionem adimere inconsulto principe. *Admo-
 nis. d. l.* quamvis alias mandata iurisdictio mandantis revocatio-
 ne extingatur. *arg. §. 10. §. mand. l. 6. §. 1. de off. procons.* un-
 de notandum quod Paulus in *d. l. 12.* dicat, *ut sunt legati Pro-
 consulum*, non vero, *sicuti Legati Proconsulum*, quali particu-
 la quidem, quando de ipsis Proconsulibus sermo est, utitur, ut
 intelligantur omnes alii qui provincias regunt. Vultej. *d. l.*
n. 72 alii vero, quibus iurisdictio mandata est, præter Lega-
 tum Proconsulis, eo excludantur. Ergo restat quod iudicis
 datio sit imperii ita dicti, cuius ulteriori probationi intervenire vi-
 detur *l. un. ff. si quis dic. non obtemp.* ubi Magistratui Municipali
iurisdictio usque ad certam quantitatem adscribitur. *l. 29. §. 7.*
ad L. A. l. 17. qui & à quib. man. l. 3. de iur. dat. cum tamen iu-
 dices dandi potestatem habuisse eum nullibi inveniatur, ea
 enim, quæ magis imperii sunt quam iurisdictionis Magistra-
 tus Municipalis facere non potest. *l. 26. ff. ad Adunicip.* non
 quod imperium ab ipsa iurisdictione sit separatum, hæc enim
 sunt magis Synonima. *l. 215. de V. S. Rubric. ff. de iurisd.* vid.
 Dn. Patris mei *Sicilim. Man. 3. ad pag. 22.* sed quod certo ali-
 quando sensu ei opponatur.

§. 3.

Nunc ad secundum requisitum pedem promoveamus,
 scilicet ne ille de quo quæritur vel dari prohibeatur vel impediatur
 hoc præsupposito quod omnes illi, qui neque tacite neque ex-
 presse

æquitati nihil convenientius aut magis proprium, quam surdum, utpote illis omnibus imparem, à judicandi munere removisse: neque alio, quam vultu in risum soluto, ille titulo excipiendus est, qui ex l. 10. *C. qui test. fac. poss.* argumentari contendat, neminem tam surdum esse, qui penitus non exaudiat, si quis supra cerebrum illius loquatur, quid enim stultum est, si hoc non est? vid. Stryck. *de jur. sens. diss.* 4. c. 1. n. 9. & seqq. Hoc potius auribus atqui animo committe tuo, nimirum judicem non removeri ab officio, nec dignitatem suam amittere, neque privandum esse stipendiis ut proventibus, si surditas post femel adeptum judicandi munus supervenerit eaque curabilis sit. Petr. Greg. Tholosan. *in syntagm. jur. lib.* 47. c. 9. n. 8. & 9. Surdum nunc (2) mutus insequitur, sicuti Sociam Mercurius, nam neque interloqui neque sententiam recitare potest. *tot. tit. C. de sentent. experic. recit.* Rittershus. *d. l. n.* 37. *Hunn. Encyclop. part. 2. tit.* 35. n. 5. neque interrogationes in judicio fieri solitæ *tot. tit. ff. de interr. injur. fac.* neque interloquutiones causis de plano peragendis inferendæ ab ipso possunt expediti. *Nov.* 82. *in pr. tit. C. de interl. omn. jud.* Vultej. *de jud. l.* 1. c. 4. n. 117. Paricum muto trutinandus est lance (3) furiosus *d. l. 12. §. 1.* Dn. W. J. Pagenstech. *Præl. Publ. ad l.* 5. *de R. J.* n. 4. quia nullum animi iudicium *l. 40. de R. I.* & *ὁὐδὲ πῶς ἐξ ἑσθὸν ἡσθῆν.* *l. 1. §. 6. ne vis fiat ei qui in poss. l. 1. §. 12. de O. & A. l. 2. C. de contr. stip. l. 209. de V. S.* sed memoria ipsi est inordinata. *cap. 3. de heret. in 6. & pro mortuo habetur.* Bald. *lib. 3. cons. 213.* unde nec procurator fieri, vel alia judicialia peragere ipsi permittitur. Brunnem. *ad l. 2. de procur. & ad l. 39. de judic.* Verum sicuti hæc pertinent duntaxat ad illum qui perpetuo [nam multiplex est species furiosorum Socin. *lib. 1. cons. 62. n. 10. & seqq.*] furiosus est *d. l. 12. de judic.* ita limitanda sunt quoad

preſſe in jure removentur, ut habiles admittendi ſint, quippe hæc eſt compluribus juris articulis uſurpata regula, Quodcunque non eſt prohibitum, illud eſt permiſſum. *l. 1. §. 1. ff. de teſtib. l. 43. §. 1. de procur. l. 12. §. 1. ff. de judic. l. 28. ex quib. cauſ. maj. §. 1. 7. de jur. perſon.* in tantum ut pro actus libera expeditione in dubio ſit facienda interpretatio Menoch. *de præſumt. lib. 6. qu. 16. n. 2.*

§. 4.

Ut igitur primo intuitu quinam boni viri encomio legitime ſint impertiendi in oculos incurrat, illos, qui prohibentur, quos Paulo in *l. 12. §. 1. de judic.* in tres claſſes placuit diſtinguere, neceſſarium erit primum inſpicere: Prima Claſſis agit de illis qui natura prohibentur, ſecunda qui Legibus, Tertia qui moribus.

§. 5.

Primum igitur ad illos, quibus ipſa natura judicandi munus videtur denegare, brevi inquisitionis noſtræ documento transgrediamur & ecce hic Surdus (1) in frontiſpicio ſeparatum & proprium titulum habet, qui quid dicatur non audit, ac proinde quid agatur perfecte non intelligit, de tali enim Jurisconſultus loquitur *l. 3. §. 8. ad SC. Silan.* Sim. van Leeuwen. *Cenſ. for. part. 2. lib. 1. cap. 10. n. 19.* cum tamen non poſtrema ſit pars muneris judiciarii audire & cognoscere cauſas, & utriuſq; partis jura, ac rerum ordinem plena inquisitione diſcutere, item cuncta rimari, frequenter & litigantes & teſtes interrogare, quouſque ad rei veritatem perveniatur. *c. 11. c. 30 q. 5. l. 9. c. de judic. Ritterhus. part. 9. Nov. c. 6. n. 36.* Anton. Oliban. *part. 2. lib. 1. c. 1. n. 75.* quapropter diutina uſurpatione firmate

B 2

æqui-

quoad illum qui lucida nonnunquam intervalla habet l. 6.
C. de curat. fur. quibus durantibus, sicuti quosvis alios actus
 civiles valet expedire, ita quoque iudicis partes obire potest.
 Hunn. *Encycl. ed. part. 2. tit. 35. n. 6.* modo ille qui furio-
 sum tempore dilucidi intervalli quid peregrisse asserit, proba-
 tionibus non destituatur, quia ille qui furiosus semel fuit in fu-
 rore continuare præsumitur, Canonist. *in cap. Canonicos de elect.*
 Menoch. 6. *de præsumt. 25.* Alex. *cons. 147. lib. 7. n. 7.* Gomez
 3. *resol. 1. n. 71.* Simon van Leeuwen. *Conf. Forens lib. 5. cap.*
 1. n. 19. præprimis si per aliquot menses in furore fuerit Card.
 Tusch. *tom. 4. concl. 540. n. 29.* quamvis alias sit regula,
 quemlibet præsumi sanæ mentis, ita ut magis credatur duobus
 affirmantibus de sana mente quam mille de insania. Mantic.
de conject. ult. vol. lib. 2. tit. 5. n. 6. Gloss. *in cap. ult. de succ. ab*
int. Nil minus sunt 2. temperanda, quando furor post iudicis
 munus jam susceptum demum supervenerit, quo casu aliquis
 ei interim substituendus est l. 46. *de iudic.* Boer. *decis. 23. n. 78.*
 Hunn. *encycl. d. l. n. 7.* quod ad principatus nonnulli extendunt
 à quo licet furiosus per jura publica excludatur *A. B. cap. 25.*
 ¶. 2. tamen illa officium perdunt, in furore postea demum su-
 perveniente. Dn. W. J. Pagenst. *Præl. Publ. ad L. 5. de R. 7.*
 n. 8. *in fin.* quia furor est aliquid facti, proinde non debet tolle-
 re ea quæ sunt juris & quæ iuste alicui sunt acquisita Ritters-
 hus. *part 9. Nov. cap. 6. n. 42.* Tandem (4) horum classi
 annumerandus est impubes, i. e. qui nondum quatuor & de-
 cem habet annos, talem ob iudicii ætatisque fragilitatem non
 posse iudicem esse explorati juris est, utpote qui non intelligit,
 quid agitur. l. 9. ff. *de acquir. her. l. 2. §. 1. de R. I. l. 9. §. 1. de*
rec. & arb. unde docet Brissonius *lib. 7. de form. P. R.* quod ju-
 dex secundum formulas antiquas debuerit iudicatum hac clau-
 sula *Ex animi mei sententia*, confirmare: atqui cum animi
 sen.

sententia ad effectum juris deficiat impuberi, hinc eo ipso iudicandi vicibus ei interdicitur: adeo ut de inhabilitate nulla amplius superfit dubitatio: Verum de illo qui viginti & quinque annos adhuc dum minor est tanto alacrior est altercatio, an possit iudex dari, nec ne? ad cuius decisionem nequaquam standum est ab illorum parte qui juvenes nulli negotio expediendo, nullique rei cum fruge aliqua tractandæ vacare posse, eo ipso stultitiam suam indicantes, dicunt, scribunt, & pro Majestâte barbæ concionantur, quis nescit plures esse juvenes ætate, senes tamen sapientia, sicuti multi sunt ætate senes, verum moribus & ingenio plane pueri Aristot. vid. quæ dixi in *Prognost. de Barba* ib. 8. *in fin.* immo non tantum multi reperiuntur qui pari cum senibus sapientia pollent Bal. *in epist. ad Duc. Sab. in princip. sui tract. de præscript.* sed & qui ingenii robore ipsos sapius antecellunt Johann. de Nevizan. *styl. nupt. lib. 5. n. 11.* nam

A cane non magno sæpe tenetur aper.

ita Scipioni non excedenti 24. ann. commissum fuit imperium contra Carthaginem. Liv. Petrarch. &c. ita Honorio Puero nobili consulatus a Principe datus l. 14. C. de relig. l. ult. C. de privil. eor. qui in sac. pal. mil. ita

Rexerat ante puer populos proconsule Poenus.

Æqualis Tyrius terror, amorque fuit.

ita D. Hieron. *in epist. ad Demetriad. de serv. virg.* inquit. *Pius filius, vir amabilis, clemens dominus, civis affabilis, consul quidem in pueritia, sed merum bonitate Senator illustrior.* Sirmann. *animadv. ad d. §. Rut. 131. lib. 1.* nec mirum Pueros factos fuisse consules, cum C. Caligula equum suum (ad instar illius qui equo suo gradum doctorem gestabat impertire: *est asini qui-*

quidem promoventur non vero equi: quod refer ad Caput van de
 Loepjes. de quibus vid. Feltman. *de promot. absent. cap. 3. pag. m.*
29. in not. lit. 5.) voluerit consulatum capeflere. Sueton. *in Ca-*
lio. c. 55. in fin. Wissenbach. *ad L. 2. de R. I. n. 9.* nisi placeat
 conjectura Vultreji, per pueros nobiles & nobilissimos intelli-
 gentis illos qui successores imperio erant destinati, etiam le-
 gitimam ætatem habentes. *de judic. lib. 1. cap. 4. n. 105.* Hisce
 nunc præmissis respondemus ad quæstionem modo proposi-
 tam affirmative, scil. quod minor 25. anp. officium judicis rite
 subire possit, saltem secundum æquitatem *l. 57. de re judic.*
ibi: aquisissimum. conf. l. 3. de off. prat. Rittersh. d. l. n. 47.
 (quamvis alias viginti quinque anni requirantur regulariter ad
 omne munus publicum *l. 8. De muner. l. 11. de decur. l. ult. C.*
de his qui ven. atat. Bockelm. ff. de judic. §. 16.) modo secun-
 dum Arrian. adfit ἀγοράτη ἡβη, id est, modo habeat de-
 cem & octo annos *l. 57. ff. de re jud.* si enim hisce adhuc minor
 sit, tum plane non est admittendus, nisi 1. Magistratum gem-
 rat, sacrilegii enim instar est dubitare an is sit dignus, quem
 elegerit Imperator *l. 3. C. de Sacrileg. Duaren. in l. 57. de re jud.*
 quia quod Principi placet Legis habet vigorem. *Conj. Marp. 1.*
n. 7. nisi 2. à scientibus & volentibus sit electus. d. l. 57. Math.
Stephan. de jurisd. lib. 1. c. 17. n. 26. & seq. quia quilibet juri
suo renuntiare potest. l. 51. C. de episc. l. pen. C. de pact. adeo ut
damnum illud quod quis sua culpa sentit, non videatur sentire.
l. 203. de R. I. nisi 3. nolit esse judex, nam invitus non potest
cogil. 41. de recept. & arb. male enim dicitur ab interprete Græ-
co, ὁ ἴππων τῶν ἑκκοσι πέντε ἢ δύναται δικάσαι: dic potius
ἢ ἀναγκάζεται δικάσαι: & ita cape l. 1. & 2. C. qui et. se exc.
lib. 10. & l. 2. ff. de vac. & oxc. mun. Vultej. d. l. n. 111. quod
 quamvis sit contra regulam in *l. 8. ff. de muner. & honor. qua*
 quili-

quilibet ad munera publica obeunda cogitur, vid. Dn. Patris mei *Sicil. man. 4. ad p. 99.* tamen aliquando regula Catonis falsa est. *l. 1. do Reg. Cat.* & nulla regula tam firma quæ non habeat aliquam exceptionem. Dn. W. J. Pagenst. *Præl. Publ. ad l. 1. de R. 7. n. 12. l. 80. de R. 7.* Verum hæc jure Canonico quodammodo sunt mutata, inquit Lauterbach. *pag. 99. per cap. 41. x. de off. deleg.* scil. quod ad delegatos, non vero quod judices in genere attinet, nemo enim ante annum vigesimum delegari potest, nisi 1. partes consentiant, vel 2. nisi delegetur à principe *d. c. 41.* vid. *all. Sicil. man. 4. d. p.* Denique illis qui natura prohibentur esse judices adscribendus est (5) cæcus. *l. 1. §. 5. ff. de postuland.* quia ultimæ definitiones ex periculo, id est, ex tabella, libello, vel de scriptis recitatione à judicibus, cujus cæcus non est compos sunt, proferendæ. *l. 3. C. de sentent. ex peric. recitandi.* Quia multa in judicio obveniunt, quæ à cæco non possunt excuti, dum ex vultu, nimioque pallore, rubore, inconsueta audacia, tremore, similibusque ad suspicionem vergente aspectu indicia tam ratione rei quam testium nonnunquam promuntur. vid. Carpzov. *Peinl. Sachs. inquis. tit. 4. art. 2. n. 5.* ibi: und wenn sich entweder bey dem examine der inquisitus selbst durch Entfärbung / Zitterung oder variation ferner verdächtig machen. & tit. 7. art. 4. Weil durch dergleichen confrontation inquisitus zum öfftern zur güttlichen Beländnuß gebracht / oder doch durch zweifelhaftige Rede variation Entfärbung im Gesichte / zittern der Gliedmassen viel verdächtiger gemachet wird / als daß die Schöppenstule darauff sicherer verfahren und leichtlicher zur scharffen Frage gelangen mögen. Quapropter non satis mirari possum Vultejum cætera fortissimum hac in parte dissentientem: Certe, inquit, nusquam reperitur prohibitus iudex dari cæcus: & vero multo magis ex *l. 6. de judic. aperte constat, cæcum judicandi officio fungi, quod idem*
ira.

traditur in l. 1. §. secundo loco de Postul. unde sanior interpp. pars colligit, cacum judicem dari, & judicis officio fungi posse. Sane hæc non sunt tanti ut nostram opinionem possint vel læcerare, vel conculcare, siquidem cæcus non tantum tacite sed etiam expresse arcetur à munere judicandi: tacite quidem ex allegata lege tertia C. de sent. experis. rec. per quam & ipse Lauterbachius à sententia Vultejii videtur recedere pag. 99. expresse vero per l. 1. §. 6. de postul. ibi: dum cacum utrisque luminibus orbatum Prator repellit, quia insignia Magistratus videre & revereri non possit. quæ ratio thesi subjecta non patitur ut eam restringamus ad Magistratum, eamque in giudice dato locum non habere cum Vultejo & Struvio exec. 9. th. 10. fingamus, hoc enim contrariaretur Majestati Prætoris quæ judici dato venerabilis habenda. l. 9. ff. de obseq. neque majoris est ponderis illa à Vultejo allegata l. 6. ff. de judic. quod cæcus judicandi officio fungatur. illud enim intelligendum est de casu, quo cæcitas postea supervenit, ita ut tunc fungatur id est pergat fungi, quemadmodum lite contestata usuræ currunt, nihil aliud significat quam quod pergant currere: & ita sentit sanior Doctorum Scholla. Zas. ad tit. de jud. n. 5. teste dissentiente Rittershusio part. nov. 9. cap. 6. n. 60. conf. Hunn. encyclop. p. 2. tit. 35. cap. 1. n. 24. nisi quis velit cum Struvio, Voetio, atque aliis distinctione aliqua hanc quæstionem sopire, ita ut in causis ocularem inspectionem desiderantibus cæcus non possit esse judex, in cæteris tamen. O Jupiter plue mel!

§. 6.

Transcramus ad classẽ secundam, nimirum ut videamus de illis qui lege prohibentur judices sive boni viri esse: quales (1) sunt pauperes, qui vix de suo victum sustinere possunt,

C

sunt, cum minus utile, & nequaquam honestum sit, talibus mandari Magistratum, teste Ulpiano in l. 6. ff. de muner. & honor. quia Leges de pauperibus sinistram alunt præsumptionem, Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 54. n. 59. quod facilius patiantur sibi manus inungi, utpote quos in Augiæ stabulo fortunæ dura necessitas jubet contremiscere, justitiam pro pecunia venditantes, atqui quis nescit omnibus juribus, tam divinis, quam naturalibus & civilibus contrariari, judicem in campo Mammonico sub Marefchallo Denario militare prohibentibus. vid. Mart. de Guichardo noct. Granzov. de ant. triumph. c. 23. quod & ipse Aristoteles tacite demonstrat, dum inquit, ἢ γὰρ δὴν ἄλλοις τῆ δυνάμει ἢ τῆ ἀδύμει. 5. Nic. 6. vid. Sam. Rachel. de Duell. th. 11. quapropter ex equestri ordine judices eligebantur illi, quorum census erat quadringenta sestertia. Halycarn. antiq. Rom. lib. 4. nam quemadmodum avaritia & cupiditate judicia evertuntur c. 11. qu. 2. ita in iudice paupere (avarus autem, plenus quidem auri, sed vacuus sui, perpetuo pauper est: Sarbiev. lyric. lib. 2. od. 16.) e in non sine ratione metuitur, nam

*Cum reus est dives, pratore[m] nactus avarum,
Quid non sperabit, posse licere sibi.*

ita etiam

*Pauperies inimica bonis est: moribus omne
Labitur in vitium, culpa scelerumque ministra est.*

Verum hisce non obstantibus malle[m] cum Vultejo facere de iudic. lib. 1. c. 4. n. 125. ita ut pauper indistincte atque simpliciter non sit removendus a munere iudicandi, sed ut potius vitæ ante actæ, eruditionis, existimationis & fidei habeatur ratio
l. 5.

*l. 5. in pr. de re milit. l. 8. de susp. tut. l. 6. de mun. & honor. vers
praesertim l. 43. §. 5. de rit. nupt. Carpz. p. 4. const. 29. d. 10.
exemplo J.C. Sabini, qui, durissimis licet agitatus paupertatis
aculeis, adeo ut plurimum ab Auditoribus suis sustentatus,
in equestri nihilominus ordine sub Tiberio Caesare grandis
natu constitutus de jure populo impune respondit. l. 2.
§. ult. de O. 7. nam sola paupertas neminem facit suspectum,
cum bonae mentis potius foror sit. Petron. vid. Dn. Patris
mei ad Instit. Lib. 1. Aph. 107. Rittershus. part. nov. 9. c. 9.
n. 12. referatque vivam Dei imaginem Zepper. lib. 4. Leg.
Mos. c. 10. Reincking. de reg. sec. & eccles. l. 3. c. 1. c. 3. n. 5.
nam nec tutor vel curator, quamvis pauper sit, fidelis tamen
& diligens, removendus est, quasi suspectus, §. ult. 7. de susp.
tutor. cum paupertas non debeat cuiquam esse nociva Carpz.
p. 1. const. 29. d. 26. n. 2. quo spectat sequens Claudiani*

*Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis,
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum:
Sordida Serranus flexit Dictator aratra.*

sicuti nec testis ob solam paupertatem repellitur à testimonio.
*c. si qui testium. & ibi Gloss. x. de testib. Gomez. tom. 3. var. res.
sol. c. 12. n. 19. quamvis agatur de inventario conficiendo ab-
sentibus creditoribus. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 53. n.
58. nam paupertas, inquit Luc. de Pen. ml. 2. n. 40. quand.
& quib. quart. Pars. est odibile bonum, fanitatis mater, cu-
rarum remissio, absque sollicitudine semita, sapientiae repara-
trix, negotium sine damno, intractabilis substantia, posses-
sio sine calumnia, incerta fortuna, sine sollicitudine felicitas:
nihilominus nonnunquam evenit, ut diviti major fides adhi-
beatur, quam pauperi, quapropter haec omnia iudicis arbitrio*

relinquuntur consideranda Pacian. *d. l. n. 54. & 55.* Reinck. *de reg. sec. & eccl. l. 2. c. 2. c. 12. n. 26.* junct. *l. 3. ff. de testib. l. 10. de accusat. l. 14. §. 3. de muner. & honor.* Hunn. *encycl. p. 2. tit. 19. n. 141.* Ergo ad infamem, qui (2) lege prohibetur esse judex, propositi nostri contextus dirigatur: nam quamvis Paulus in *l. 12. §. 2. de judic.* & Marcellus in *l. 2. ff. de Senator.* tantum mentionem faciant de illis qui propter turpitudinem aliquam, forsan quod de crimine, aut ambitu convicti, aut censoria animadversione notati essent, Senatu erant moti, nihilominus illud exempli gratia duntaxat positum esse in manifesto est, dissent. Lauterbach. *comp. ff. pag. 99. in med.* cum nullæ in genere neque famosis & notatis, & quos scelus aut vitæ turpitude inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, portæ dignitatum pateant. *l. 2. & 12. C. de dignitat. l. 1. ff. ad L. Jul. de vi privat.* Vultej. *de judic. lib. 1. c. 4. n. 126.* fallor? quid enim hoc attinet ad Senatu motos? quid illi commune habent cum infamibus? cum ne quidem capite minuantur §. 5. *7. de cap. min.* nec comprehendantur in edito Prætoris *de his qui not. infam.* Rittershus. *d. l. n. 52.* immo bellissime erras, qui tali modo argumentaris, constat enim luculentissime, illos, qui ex ignominiosa causa senatu sunt moti, non tantum facti, si aliqua est, sed & juris infamia notari. *l. 2. §. 2. & 4. de his qui not. inf.* junct. *l. 12. C. de dignitat. l. pen. §. 2. ff. de extr. cognit. l. 2. ff. de Senator.* ibi: *repetund. dixi, si aliqua est:* quia nullum plane textum, in quo cum fundamento infamia facti posuit ostendier, hætenus mihi vidisse contigit, unde argumentis, quæ vides in hon. Dn. Patris mei. *Irner. injur. vap. Coit. 43. §. 9. & Admonitor. part. ff. 1. §. 172.* firmissime persuasus, omnem infamiam dico esse juris, nullam vero facti, nisi quod ad vanae populi voces attract. *l. 12. §. 1. C. de poen.* Igitur ad Imperitum, qui (3) Legibus

bus remotus est, remigio nostro excurramus, & ecce nihil certius, quam quod duplicem salem iudex debeat habere, 1. *scientia* sine qua insipidus, & 2. *conscientia*: sine qua diabolicus. Reincking. *de reg. sec. & eccles. l. 2. c. 2. c. 12. n. 8.* unde grossi sive grossulani iudices esse prohibentur. *nov. 82. in pref. c. 1. & c. statumimus dist. 61.* iudicis enim officium est iudicare secundum illud quod legibus proditum est. *tor. tit. 7. de offic. jud.* ita ut sententia contra jus aperte prolata nullius sit momenti. *l. 2. C. quand. provoc. l. 19. de appellat.* & iudex poenam incurrat imperite iudicans *pr. 7. de obl. qua quas. ex del. Hunn. encyclop. part. 2. tit. 35. c. 1. n. 20. & seqq.* Card. Tusch. *tom. 2. concl. 404. n. 20.* alias rationes ob quas imperitus non possit esse iudex vid. apud Rittershus. *d. l. n. 69. & seqq.* Nec dubitandum est, quin hoc incitati calcare, veteres, (immo adhuc hodie quibusdam in locis id obtinet, sicuti ante quatuor annos Mindæ quasi *Min-din, mea & tua* ex concessione Witichindi ad Episcopum. *Cranz. lib. 2. Saxon. 16.* in ipso iudicio præfens vidi & annotavi) sub dio unter dem blauen Himmel iudicia sua voluerint peragere, adeo ut oculis in cælum arrectis non tantum Dei præsentia admoneretur, & ad recte iudicandum inducatur, sed ut & cuilibet eo ipso videndi, & perspicendi facultas impertiatur, num per legitimos tramites calumniantium iniquitates iudex ut Legum peritus expellat, nec ne? hinc dicitur in *Jure Feud. Saxon. c. 35. §. 19.* *Lehnrecht soll nicht in einem verschlossenen Orth gehalten werden:* quo referenda est illa ita dicta sedes *Rüningsstuel* / prope castrum *Lohnstein*: uti & *Morasstein* non longe ab *Uplalia* distans *Gryphiand. de Weichbild. Saxon. c. 66.* uti & cœnobium corbejense à Ludovico Pio fundatum, quod iudicium agreste multis solemnitatibus formulis solet inchoari, ille enim (vulgo der *Fronner*) *Fronbotte* / frog autem est à *frohnen* id est *cogere*, *Speidel. in specul.*

specul. lit. F. n. 98. á quibusdam dictus præco, sive pedellus, unde *Bodel* / hinc *bodelia*, *Bodelcy*: vel ab Anglica voce *to bid*, *monere*, *ridicule!* inquit *Clar. Feltman. de jur. perhorr. c. 22. n. 14.* potius á *pedibus* vel *pedo*, i. e. baculo quem gestant nonnunquam, unde *Gelrorum Kocy-dræger.*) qui in loco iudicii sedem positurus est, prius interrogat,

Herr Greve
 Met Drlove /
 Und mer behage
 Eef joet frage /
 Segget my vor rechte
 Eef eef yuwe Knecht /
 Düssen Stoel setten möge /
 Up den Königstoel mit Drlovee.

tandem hæc sequitur conclusio:

Alldewile an düssen Tage
 Met yuwer allem behage
 Under dem hellen Himmel klar
 Ein frey Feld- Gericht openbar
 Gehetzt bym lechten Sunnenschein
 Mit nüchterm Mund komen heritt
 De Stoel oef is gesetret rechte
 Dat meht befunden upgerechte
 So spreket rechte an Witsch und Wonne
 In Klage unde Antwort, wies schient de Sonne.

vid. *Fritsch. supplem. Speidel-Besold.* in voc. *Feld-Gericht.* E-contra atro carbone notandum est occultum iudicium illud *Westphalicum*, quo absque ulla citatione prævia, aut defensione

sione præmissa, quamprimum aliquem dejerasse vel flagitium aliquod perpetrassè compertum, supplicio licitum erat in occulto quasi afficere, unde Saxones illud jus rectè appellarunt *Weme*, quasi, *We-mi*, id est *ve-mibi*? Gryphiand. *de Weichbild. Saxen. c. 54. n. 8.* ad exemplum veterum Delbruggensium, ex Allobrogibus in dioecesi Paderbornensem delatorum, qui secundum Meibom. fures primum in furcam tollebant, & postea de illorum admisis & innocentia demum agebant cum tamen ipse Deus, quamvis omnisciens Adamum prius voluerit vocare, audire & examinare. *Genes. 3. vers. 9. cap. 2. vers. 1.* Ad illos qui lege prohibentur esse iudices referuntur à nonnullis (4) Pater & Filius, ita ut Pater in causa filii & filius vice versà in causa Patris jus dicere non possit, quia in causa propria sibi jus dicere, nemini permissum est, *l. un. C. ne quis in sua caus.* atqui Pater & filius habentur pro una persona, & de una eademque esse carne *l. uli. C. de imp. & al. subst.* Seraphin. de Seraphinis *de priv. jur. pr. 4. n. 85. conf. Martin de Guichard. noct. Granz. de antiq. triumph. c. 18. §. 23.* verum quemadmodum illa regula in multis casibus officium suum perdit, uti demonstravi *de jur. Sanctor. C. 1. th. 4. §. 11.* ita & illam hic cessare facit *l. 77. ff. de judic.* neque obstat *l. 10. ff. de jurisd.* nam continet (1) sententiam negantium reprobata arg. *l. 6. ff. de recept. & arb. ibi: plerisque placet. conf. l. 5. §. 2. de impens. in rem dotal. l. 69. de her. instir. junct. l. 16. de cond. inst. (2)* aliud est jus dicere aliud vero judicare: nisi illud hoc in casu impingat in *tit. C. ne quis in sua causa judicet.* (3) supplenda est *ex l. 77. de judic. ibi: in privatis negotiis. junct. l. 26. & 28. de LL. (4)* intelligenda est de jurisdictione contentiosa Vultej. *de judic. lib. 1. c. 4. n. 186.* nam jurisdictiones voluntariæ in propriis causis rectè expediuntur. *l. 2. de offic. prator. l. 2. offic. pras. l. 3. & 4. de adopt. vid. tamen Hart. Pistor. p. 3. q. 28. n. 45.*

n. 45. ergo etiam in causa Patris & filii l. 13. §. ult. ad Trebell. junct. l. 77. de R. 7 l. 18. de man. vind. l. 4. de adopt. (5) notandum est verbum *potest* in l. 77. vid. Dn. Patris mei tract. de Jur. Ventr. part. 9. Sect. 4. quo innuitur quosdam superesse casus quibus iudicio neuter horum possit præesse ita ut all. l. 10. tunc intelligenda sit de casu quodam excepto. Hunn. encyclop. p. 2. tit. 35. c. 2. (6) refert se ad casum, quo partes contra Patrem vel filium exceperunt vid. tamen Rittersh. d. l. n. 59. habentur enim pro suspectis Lauterb. comp. ff. pag. 99.

Elige cui dicas: sed mihi prima placet:

§. 7.

Ergo ad illos, quos à iudicandi munere ipsis moribus remotos esse, clasiss tertia, secundum Paulum, affirmat, nos dirigamus: & ecce hic foeminae se primo præbent inspicandas, quas secundo servus subsequitur: foeminae inquit Ulpianus ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotae sunt & ideo nec iudices esse possunt, nec Magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores (vid. tamen l. 41. de procur. c. 4. de confir. util. & inut. l. 4. C. de procur. Zaunschliff. de offic. jud. suppl. p. 2. c. 4. §. 4.) exiltere. l. 2. de R. l. l. 12. §. 1. de iudic. l. 3. §. 3. de muner. l. 4. & 18. C. de procur. nec testes esse in testamento solenni §. 6. 7. de testam. nam in testamento ad pias causas secus est Dn. W. J. Pagenst. Pral. publ. ad l. 2. de R. 7. pag. 78. n. 4. ad instar causarum feudalium. 2. F. 32. in fin. Struv. defend. c. 8. d. 5. th. 2. & criminalium quoque de jure civili l. 18. de testib. quamvis agatur contra maritum in casu difficilis probationis Carpzov. p. 1. c. 16. d. 52. nisi quod in criminalibus vid. enim c. 4. x. de arbit. iterum aliter cautam sit jure canonico. c. mulierem. ubi gloss. in verb. nec testis 33. qu. 5. Damhoud. in prax. crim. c. 50.

c. 50. n. 23. Neque dubitandum est, quin hæc circa fæminas jure civili inducta remotio ipsi juri naturæ, divino, atque gentium respondeat: nam *mulieres* quidem [inquit Epictetus in *Enchirid. c. 62.* cujus Stoicæ sectæ philosophi conditionem noviter exposuit amicus meus Clariss. Dn. Michael Rossal. in *Disq. de Epict. Philos.*] statim ab anno decimo quarto à viris *domina* vocantur. Proinde cum vident, se nihil aliud habere muneris, nisi ut cum viris concumbant: comere se incipiunt. atque in ornatu spem collocant omnem. Quare opera pretium est, dare operam, ut sentiant, sibi non ob aliud honorem haberi. nisi quod & modestas se præbeant, & verecundas cum temperantia. Verum sicuti ex Aristotelis [quem Plato solebat *mulum* vocare, quia mulus cum saturatus est lacte materno, calcibus petit matrem. *Ælian. var. hist. lib. 4.*] doctrina servi nonnulli sunt natura & domini, ita nec dubitem fæminas suo sensu maritorum non dominas sed ancillas appellare, quia illud magis natura imperat, quod natura est melius & perfectius, fæminæ autem sunt natura minus prudentes habentque *βελαιότητος* *ἀνογοῦ*. Arist. 1. *Pol. c. ult. & physiogn. n. 139.* unde Plato dubitabat, numne fæmina constitueret tertiam speciem ab hominibus & brutis separatam. *Godd. ad l. 1. de V. S. n. 29.* nam earum natura est in principio habere præsumtionem, in medio stultitiam, in fine verecundiam. *Joan. de Nevizanis sylv. nupt. lib. 1. §. 10.* adeo ut non tantum corpore sed & animo ipsis maribus naturaliter sint deteriores Dn. Patris mei *de Jure Ventr. p. 3. vis. 1. §. 1. Cellar. Polit. C. 2. §. 28.* quapropter uxore & marito simul morientibus, debemus præsumere uxorem prius esse mortuam. *Gloss. in l. 9. §. 3. de reb. dub. & in casu quo plures rei sunt quæstioni subjiçendi debent fæminæ ante masculos torqueri Zanger. de quæst. c. 4. n. 27.* quia veritas ex fæminis

nis utpote debilioribus citius potest erui. *Carpov. inquis. und Achts process. tit. 10. art. 2. n. 2.* nec mirum: nam in animalibus quoque, plantis, herbis & lapidibus constituit natura majorem fortitudinem sexui masculino quam foemino, sicuti erudimur exemplo haederæ maris, cui fortiora ac pinguiora sunt folia, quam foeminae, similiter & magnes, qui in Troade reperitur capropter foemini dicitur esse sexus, quod sit absque viribus & ferrum non trahat, quippe nec palmam foeminam sine palma masculino fructus producere posse memoria proditum est. *Pl. c. 4 l. 13. & l. 36. c. 26, Politian. l. 2. E. 6.* Quæ cum ita sint, uti revera sunt, sequitur sua sponte, nihil magis æquitati & rationi consentaneum excogitari posse, quam ut foeminae ab omnibus officiis præprimis ad regna quod attinet, atque imperia, removeantur, cujus intuitu Germaniæ antiqua consuetudo, foeminas à sceptri dignitate removens, per Francorum Legem Salicam [auctore Pharamundo. *Art. Duck. de us. & ant. jur. civ. lib. 2. c. 5. n. 24.*] cujus famosius caput cluit in terra *Salica mulieres ne succedant*, rectissime confirmata est vid. *Dn. Patris mei. nov. ad Feltman. de feud. p. m. 9.* quod & Galliæ regnum diutina usurpatione sibi proprium vindicavit, unde dicitur in proverbio, *Lilia non cadunt in colum. la couronne de France ne rombe point en que nonille.* *Beier. ad disp. Schnob. feud. 2. th. 1.* *Thom. Lanf. de princ. int. prov. Europ. Orat. pro Gall. p. m. 135.* etiamsi *Perlarum Huma* umbra sua foeminam volans contigerit, cui alias tanta vis adscribitur, ut ille, quem volans è longinquo duntaxat adumbraverit, ad regium fastigium eo ipso evehatur. *Rupert. ad Besold. synops. in dedicat.* Verum aliquando retro currente funis it rota, quippe ad regna nonnumquam in variis regionibus admittas & admitti foeminas non tantum videmus, sed & *Hercules Artemisiam Cariae Regnam* fortiter pugnantem videns subinde debet exclamare. *O*
Jupi-

Jupiter! ex viris mulieres fecisti, & ex mulieribus viros. Polyæn.
 l. 8. *Strat.* Semiramidis id inter alia Tamyrisque Maflagetarum
 Reginae ut & Philis Demetrii conjugis, Zenobiae Palmyre-
 norum reginae, aliarumque docentibus exemplis Justin. *lib. 1.*
 Herod. *lib. 1.* quis nescit quanta calliditate Ann. 1140. tempo-
 re belli Bavarici, quo Conradus arcem Weinsberg, quam
 Welfus tenebat, graviter obsederat, maritos humeris im-
 positos foeminae conservaverint? quem latet sub impudentis-
 simo Heliogabalo Antonini Bassiani filio, in colle Quirinali
 extructum fuisse mulierum Senatum? vid. Henr. Guthberl.
chronol. pag. 239. & 396. cui ignotum Amstelodamum ab O-
 rangio tentatum Ann. 1578. foeminis multum debere Strad. *de*
Bell. belg. lib. 10. quem fugit Sixti V. Pontificis de Elisabetha Ang-
 glorum Regina memorandum encomium: *dignam esse, ut de*
ingentibus rebus consilia quae animo agitabat, cum ipso communi-
carer. Thuan. *hist. lib. 22.* cui incognitae illustres Isabellae Cas-
 tellanae Ferdinandi Aragonii conjugis atque inclutae virtutes?
 Thom. Lanf. *de princ. int. prov. pag. m. 135.* quis ignorat Hen-
 ricum Aucupem Mechtildi pro quinque officiis gratias egisse,
 quorum tertium erat, *dass sie ihm manchen guten und nützlichem*
Rath gegeben; vid. quae dixi *de Jure Sanctor. pag. 171.* cui alie-
 num - - sed quid opus est exemplis ulterius extravagari:
 quorum longiori catalogo Lipsius videtur superbire in *monit.*
& exempl. polit. lib. 2. cap. 2. Sufficiat Indorum foeminas cum
 mortuis viris ignem ingredi: Sufficiat & nostras pari sapientiae
 cum viris igne caleferi nonnunquam: Sufficiat omnes ex ve-
 teribus Thracibus non prognatas esse, quorum tanta fuit insciti-
 tia, ut & Orpheum sapientem fuisse negare ausi: Aelian. *var.*
histor. lib. 8. Sufficiat Herculem Omphalae, & Ottocharum Cu-
 nigundae subinde servire: Sufficiat Minyas à Pelasgis pullos, &
 à Lacedaemoniis receptos posteaque incarceratos Auxilio uxo-
 rum

rum in libertatem restitutos esse. Herod. *lib. 4.* Sufficiat, inquam, maritos in provincia Arcladam lecto decumbentes nati infantis curam suscipere. Marc. Paul. Vener. *de region. orient. lib. 2. c. 41.* Sufficiat tandem foeminas apud Sauromatas Aegyptiosque negotiari, viros vero intra aedium parietes coli pensa trahere. Alex. ab Alexandr. *gen. diar. lib. 4. c. 8.* Sufficiant haec, atque valete boni *γυναικωνεταίμενοι.* Vosne vultis & judices esse, qui uxorum veltrarum quasi servi estis? atqui servi inquit Jctus moribus prohibentur judicio praesse. *l. 12. de judic.* Verum jus civile non oportet calumniari, neque verba captari, sed qua mente quid dicatur convenit animadvertere. *l. pen. ff. ad exhibend.* Paulus siquidem de illis, qui in justa sunt servitute certissime loquutus est, id est, qui vel jure gentium vel jure civili servi sunt facti, ita ut servus nihil aliud sit, quam organon animatum rationis particeps, practicum, separatum, sicuti Aristoteles de illis affirmat qui *Φύσει δέλοι* sunt, quamvis alias organon debeat magis haberi separabile quam separatum, propter spem futuræ manumissionis: interim non immerito placuit Romanis libertatem appellare pretium inæstimabile, quia quod ad jus civile attinet servi pro nullis habentur, immo æquiparantur brutis animalibus. *l. 2. ff. 2. ad L. A. dicuntur corpora,* id est, *cadavera.* Calvin. *Lexic. voc. corpora,* quod quasi mortui sint. Anton. Oliban. *de Act. p. 1. lib. 2. ad §. rursus. n. 28. l. 209. de R. 7.* unde Vedius Pollio servos suos murænis in cibum projiciebat Math. *ib. histor. in August.* neque voce dignabantur imperiosi domini, quando matulam poscebant, sed digitis increpabant. Martial. *3. epigr. 81.*

Digitis crepantis signa novit eunichus.

conf.

conf. Generof. Dn. Polman. *Racemat. ad Inſtit. §. 2. de his qui ſunt ſui vel al. jur. n. 3.* quapropter Germanorum in ſervos proclivitatē laudare videtur Tacitus, quin potius mirari, dum inquit, *c. 25. de mor. Germ. Verberare ſervum ac vinculis & opere coercere rarum.* non igitur mirum, fiſta hæc cadavera Romanorum à judicandi munere removiſſe mores, quamvis enim ſervum Barbarium Philippum præfecturam obtinuiſſe, Populumque Romanum potuiſſe ſervo decernere hanc poteſtatem conſtet *ex l. 3. ff. de offic. proconf. ne utiquam tamen ex eo conſequitur, ſervum poſſe judicem dari, utpote cum illud Barbarii Philippi exemplum (cum tamen præterea in caſu, quo res in contrarium eſt certa, non permiſſum ſit judicare exemplis. l. 13. C. de ſentent. & interl. Surd. conſ. 34. n. 21. vid. tamen c. 1. de re judic. in 6. nov. 22. c. 21. in pr.) magis ſit ſubreptitium, quam verum exemplum, quia ſe ſimulaverat liberum: & licet dicatur Populum Romanum poſſe ſervo Præturam aſſignare, cum mica falis tamen illud accipiendum eſt, ita ut adepta dignitate tali, protinus libertatem ſimul conſequatur, quemadmodum apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, ſervos, ſi à Domino adoptati ſint, vel ſi actis intervenientibus filios ſuos nominaverit (licet eo non conſequantur *ius filii*: ubi obiter notandum, nominationem Patris, de qua in *nov. 117. cap. 2.* non eſſe quartum modum legitimandi. vid. *Aphoriſm. lib. 1. 53.*) ex hoc ipſo liberari. §. *ult. 7. de adopt.**

§. 8.

Tertium habitatis circa bonum virum requiſitum ſupra conſtituimus, ne ſc. ſit ſuſpectus: quia ſuſpectum habere judicem graviſſimum eſt. *c. 15. c. 3. 9. 5. x. de except.* unde à partibus ex cauſis ad id ſufficientibus juſte recuſatur. *Gail. 1. Obſ. 33.*

D 3

adco

adeo ut processus factus post allegatam suspicionem nullius fit momenti Marant. *de ord. judic. dist. 16. n. 4.* quæ recusatio cum judicem ab officio in totum non removeat, sed ipsius jurisdictionem suspendat duntaxat, ad exemplum appellationis. Hieronym. de Chevallos *de cognit. per viam violent. qu. 14. n. 10.* sequitur quod inhabilitatis causa proprie non fit habenda, sed tantum illius actus de quo quaeritur: unde hactenus necessarium erit, illas causas, ex quibus ut suspectus removeri potest, obiter annectere: quia in dubio suspectus haberi non debet. *c. 41. §. 1. x. de appell. l. 22. in fin. ff. de legat. 2. l. 51. pro soc.* nam suspicionis causa judicis personam onerat. *l. 10. C. quand. prov. non est.* Imbert. *1. inst. for. 49. lit. f.* unde semper probanda *l. 9. pr. ff. de lib. caus.* sicuti jure Omlandico expressè constitutum *lib. 1. art. 26.* ibi: *bewysen aldaer den Rechten genoegsaem dat hy geen Rigter behoort te wesen.* Clar. Feltman. *de jur. per. horr. c. 3. n. 9.* Causæ autem suspicionum adducuntur variae. Jacobinus de S. Georgio habet quadraginta quatuor, Maranta quadraginta, Lanfrancus de Orzano novem, Steph. Aufrerius nonaginta tres, Jafon quadraginta; Principales ad sublevandam hominum memoriam, alijs fragilem, *const. Tanta. §. 14. C. de V. §. E. l. 44. de A. A. P.* sequentibus versiculis olim expofui:

Suspectus iudex causis praesumitur hisce:

Si mala, vel subsint commoda certa rei.

Si pater aut natus, factor fuerit sive testis

Ejusdem cause, causa virilis adest.

Et qua suspectum reddit praesumptio testem

Dicentem pariter suspitione gravat.


ita si in iudicio talis causa proponatur, qualem & ipse iudex habet, adeo ut non dubitandum, quin sit iudicaturus secundum illud

illud, quod causæ suæ est favorabile. *c. causam qua de judic. c. personas. x. de testib.* ita si alter ex litigatoribus, judicem solum heredem vel ex parte fecerit, alius judex necessario sumendus erit. *l. 17. ff. de judic.* ita si ejusdem causæ advocatus, procurator, aut testis fuerit, non dubitandum est, quin possit ut suspectus accusari. *c. 36. x. de appell.* multo magis si nimia amicitia, quæ præsumitur quando adversarius judicis inquilinus est; vel si judex cum parte occulte loquatur. Marcell. *Cala de artic. & prob. mod. Gloss. 3. n. 97.* ita tamen ut recusationi hic locum non faciat, sed juramento perhorrentiæ, sicuti post Carrasco & Crespi de Valdaura tradit Clar. Feltman. *jur. perhorr. c. 5. n. 13.*) consanguinitas vel affinitas sit judicem inter & adversarium. Vultej. *de judic. lib. 2. c. 7. n. 216.* vel inter me & ipsum inimicitia. *c. 41. §. 1. x. de appell. l. 9. de lober. caus.* uti si meus sit rivalis, & ejusdem mulieris amore teneatur, adeo ut hoc casu causâ suspicionis ne quidem exprimenda sit, secundum Fulv. Pacianum. *lib. 2. de probat. c. 45. n. 55.* nam

Rivalem possum non ego ferre fovem.

unde amor fas & nefas miscere dicitur *l. 2. §. 24. de O. 7.* in genere traditur hæc regula: *Quæcunque causa repellit testem, tanquam suspectum, multo magis judicem repellit.* Gail. 1. *Obs. 33. n. 10.* adeo ut 1. adhuc minor suspicio sufficiat in judice, quam teste: quia facilius inveniuntur judices quam testes Fulv. Pacian. *d. lib. 2. n. 46.* Gail. *d. l. 1. §. 2.* tam in judice ordinario, quam delegato locum habeat: *c. 61. x. de appell. l. 16. C. de judic.* ita tamen ut judici ordinario vel Episcopum vel alium adjungere vel in totum recusare libero relinquatur partium arbitrio. *nov. 86. c. 2. & c. 3.* ibi: *hæc omnia propter utilitatem.* junct. *l. 51. C. de Episcop. l. pen. C. de pact.* vid. Dn. Paris mei Irner. *inj. vap. Coit. 45.* vid. tamen Card. Tusch. *tom. 3. concl. 422. & Bus. ad l. 12. de judic. n. 9.* nam quod in *l. 16. C. de judic. mentio*

mentio fiat de *delegato* illud tamen statim in eadem lege explicatur per verba sequentia: *qui suspectum judicem*: neque obstat *Auth. si vero C. de judic.* nam quod ibi dicitur: *jubemus sanctissimum archiepiscopum vel episcopum locorum audire causam una cum clarissimo judice*: illud non intelligendum est, quasi partes non possint hunc suspectum removere, sed, quod si velint ut alius simul adjungatur, tum alius simul adjungi, & simul judicare debeat, & hoc saltem *jubet* Justinianus, salvo jure partium, quod Hollandiæ aliorumque moribus *vix obrinet*, i. e. raro accidit. *l. 7. §. 5. in fin. ff. de A. R. D.* quia judicia sufficienti Senatorum numero roborantur, adeo ut quando unus aut alter judicio remouetur ut suspectus, tum à reliquis nihilominus causa peragatur, ut non opus sit novum vel addere, vel substituere. Simon van Leeuwen *Censur. For. part. 2. lit. 1. n. 5.* Cæterum hæc suspecti recusatio debet fieri ante litem contestatam. *l. 16. C. de judic.* nam cæst regularis exceptionum dilatoriarum natura. *l. 9. pen. & ult. C. de except. §. 10. & 11. Inst. eod. lim.* in casu, quo suspicionis causa post litem contestatam supervenit. *l. 17. de judic. Mv. p. 2. dec. 337. Brunnem. ad l. 32. §. 14. de recept. & arb. Lauterb. comp. ff. pag. m. 100. vid. c. 4. x. de except.* quia quæ de novo emergunt, novo opus habent remedio. *Gail. 1. Obs. 33. n. 11.* adeo ut si judex non attenda recusatione, causæ cognitioni nihilominus nolit supersedere, processus sit nullius æque momenti, ac si in principio litis recusatio fuisset facta, cum ne quidem appellatio hic locum habeat, nisi à rejectione propositæ reculationis *Clez. de appell. c. 4. n. 66.*



COROLLARIA RESPONDENTIS.


Constitutio Imperatoris in 1. f. 19. non Lothario III. sed I. adscribenda est: neque Lothario Saxoni vindicanda 2. F. 52. data ad Eugenium Papam, utpote cum Saxo Comes de Supplinburg vitam cum morte commutaverit A. C. 1138. Eugenius vero III. A. C. 1146. pontificatum primum suscepit.

2. Utroque pollice suscipienda est nova Excellentiss. Dn. A. A. Pagenstech. in tract. de Jure Virgin. C. 2. §. 26. sententia, qua statuit, SCium Pegasianum non posse dici laicum esse tempore Vespasiani, aut post Trebellianum, aut Pegasum qui sub Vespasiano vixit, unquam Consulem fuisse.
3. A veritate historiarum plane aliena est illa Gothofredi ad l. 15. §. 27. de injur. ratio, scil. quod Romanis summo dedecori fuerit barba majore uti: quemadmodum recte demonstravit Clar. Dn. Praeses in Prognost. de Barba. 14.
4. Ad prescriptionem feudi Ecclesiastici 40. annos requiri statuo cum Ampliss. Dn. A. A. Pagenst. in Irner. inj. vap. Coit. 11. contra Excellent. atque Ampliss. Dn. Stryck, de act. for. inv. S. 3. m. 3. ax. 5.
5. Duas reos debendi, mutua vice sive fidejussores, ante nov. 99. beneficium divisionis habuisse locupletissime demonstravit Dn. Praeses in Disputatione hic habita a. d. 12. Septemb. 1708. contra Nobil. atque Clariss. Dn. de Toullieu.
6. Nil minus defendere suscipio Dn. Praesidis novam sententiam contra Generaf. Dn. Jac. de Dundas Dn. de Arnistraun, coram Tribunali Regio Edenburgensi advocatum disertissimum, & alios propositam, quae testamentum apud hostes factum de jure Justiniano valere statuit.

7. *Rectissime quoque defendit Dn. Praeses contra Nobiliss. Dn. Johan. van Gaveren maliciosam desertionem non esse de jure divino justam causam dissolvendi matrimonium.*
8. *Sequentium singulares Dn. Praeidis explicationes legum nonnullarum immerito à quibusdam carpuntur, illasque, sicuti earum quadam Marburgi jam sunt publice proposita, hic repeto & defendere suscipio, (1) haustus aqua ut & pecoris ad aquam appulsus referuntur inter servitutes praediorum rusticorum. obst. l. 14. §. 3. ff. de alim. leg. quid respondebimus an pro ei legendo ejus cum Vinnio & Bachorio? absit! Sane (enim inquit Dn. Praeses in) Enchirid. ad insit. §. 57.) qui leges ita corrumpunt, ejusdem sunt farinae cum illo, uxorem esse hominem probare gesti-ente hoc modo: UXOR derivatur ab HOMO, mutato U. in H. & X. in O. tum interposito M. & abscissio R, vel (quod addo) inquit Excellent. A. A. Pagenstech. in peric. Acad. ad l. 57. ff. Mandat. contra Ampliss. Zaunschliff. uti idem vocem Homo ab Hebraeo Adam deducebat, scil. mutato A. in H. D. in O tum adjecto posteriori A. ex *ἄδᾶ* Adam & adnexo denique eidem O. liquidissime enascitur τὸ Homo: ad instar illius qui Portugalliam à Lusuf deducebat, mutato Portu in Lu & Gallia in Sus. vid. der Schau-Platz von Portugal und Spanj. p. m. 4. Tu legem obst. antem hac modo cape potius: scil: nec videtur inutiliter esse fideicommissum, quasi non servitur praedii possessori vicinæ possessionis relicta: nam & haustus aquæ, ut pecoris ad aquam appulsus est servitus, personæ tamen ei, qui vicinus est, non inutiliter relinquitur, ut tum illud qui capiatur ut in §. 1. J. de tutel. & mi apud Sallustium: Est locus in carcere, quod Tullianum*

num appellatur, & Terentium: Ubi est scelus qui me perdidit. (2) Naturales obligationes non producant actiones, ast dicitur, si non pariunt Actiones, male igitur vocantur obligationes. R. Naturales obligationes non eo solo aestimantur, si actio aliqua earum nomine competit, verum etiam eo, si soluta pecunia repeti non possit. l. 10. ff. de oblig. & act. l. 16. §. 4. ff. de fidejuss. male igitur priori legi inseritur ab Hotomanno particula non: & posterior plane ex Corpore juris eliminatur. (3) Prædium rusticum debet ab urbano non loco sed usu distingui. opp. §. 1. J. de servitut. ibi: ædificia omnia urbana prædia appellantur. R. sensus est: quod omnia ædificia urbana possunt prædia appellari, uti contra omnia urbana prædia possunt ædificia appellari. l. 198. de V. S. comma igitur ponendum est in d. §. 1. post verbum, urbana. (4) Verbum sit in §. 1. J. de auct. tut. notat soleat esse uti sæpius ita sumitur. pr. J. de Patr. pot. pr. J. de ingen. l. un. pr. C. de rapt. virg. §. 4. J. de uf. & habit. male igitur Cujacius, Hotoman. Wesenb. & Accurs. ex Theophilo pro ne legunt nec. (5) in Novell. 97. c. 3. debet comma quod vides post verbum existentes, deleri & poni post verbum juniores hoc enim licitum est. Pothian. lib. 11. epist. ult. (6) Si fundi tributarii per alluvionem auquantur, queritur: numne ipsum tributum augetur? Affirm. l. 2. C. de alluv. obst. l. 3. C. de alluv. R. non loquitur de fisco, functiones exigere volente. sed de privato: ibi: quolibet: ut mens sit dominum, cujus fundus per alluvionem est auctus, non posse cogi ad functiones privato præstandas, i. e. ad præstationem & refusionem rerum per alluvionem tacite adjectarum id enim est privato functiones præstare L. 2. §. 1. de reb. credit. L. 31. L. 63. ff. ad L. falsid. Nec enim credo L. 2. esse derogatum per. l. 3. C. d.

t. (7) l. 23. §. 6. ff. de Rei vindic. nequiquam docet, ad-
 versus illum, qui tignum alienum adibus junxit, posse ad vin-
 dicandum aut exhibendum agi, utpote cum præcedentia ver-
 ba nisi adversus: statim explicentur per sequentia; sed est
 actio. (8) Comma quod in §. 1. J. in fin. quib. mod. obl.
 toll. post verbum debetur apparet, tollendum; & ponendum
 post verba pro parte: & tum vid. l. 35. de R. J. (9) in
 2. F. 33. §. 1. modica notat causam parvi momenti. &
 aut ibi notat & l. 53. de V. S. (10) in 2. F. 28. in fin.
 debent post verba & patrem sequentia addi: pro posse va-
 falli. 2. F. 7. (11) verba emancipationis & emancipa-
 tionem in l. p. C. de adopt. respiciunt jus antiquum, quo
 adoptio conferebat patriam potestatem.



Præstantissimo ac Doctissimo Domino
DEFENDENTI

MAURITIO BALKE,

Cum

Sub PRÆSIDIO Viri Nobilissimi ac
Celeberrimi DOMINI

J. F. W. PAGENSTECH:

Doctoris, atque Professoris &c. in hoc Athenæo
 hanc Disputationem ventilabat.

Numne bonus, bonus est? Sed quis bonus esse videtur?
 Ecce Virum: Fortis. Prættet ut inde Virum.


Inclu-

✠ (o) ✠

Inclutus est portus, seu clypeus, ille Sacerdos:
Qui novit cum te pro ratione loqui.
Vivite, sic voveo, Patriæ laribusque beati,
Augeat & Pœan, quod Tagus, Hermus habet.
Flores cum Zephyro vos nunc imitentur in omni,
Dum cingat vestrum querna corona caput.

G. BORGESIUS.

p. t. Rector Magnif.




Ad Eundem.

Diceris haud citra signum cognomine *Balke*
Quod Romana solet reddere lingua *trabem*.
Evades etiam si non sim vanus Aruspex
Trabs hoc in mundo candida *virque bonus*.

A. VISCH, SS. Theol. Doct.

Profess. & Past.



Ad eundem.

En Rechter wat hy is behoev' niet uyt teleggen,
Wyl als een Letterhelt Heer Pagenstecher 't
doer,

Hoc met syn kennis steers den Jongelingen voet.

Kan

¶ (o) ¶

Kan dees tot geener Lof u wyslyck kunnen seg-
gen,
Beweert Hem, Balck bravcert, al 't onheyl af-
gewent
Dus blyft het heyligh Recht en Rechter onge-
schent.

G. FRANCKE, D. & Prof.

& Illustriff. Dn. Comiti ab


adv. val.



Vir bonus es, Præses dum quosdam scribere mandas
Verfus, dum scribo, Vir bonus esse volo

ex tempore

D. BRÜNINGS,
Pastor & Rector.



Vir bonus esse volo, dicis doctissime Brünings
Sis bonus, esque bonus, sed cur *ex tempore*
scribis?

Pastor enim Rectorque viges in tempore *respondes.*

respondens. RESPONDENS.

No 1165^a 8

ULB Halle

005 713 331

3




VD 17

VD 18

nc.

03. 2016d.





Farbkarte #13

B.I.G.

13.

No 2225

13

2

DISPUTATIO JURIDICA
PRIMA
DE

BONO
VIRO

QUAM
SVB PRÆSIDIO

J. F. W. PAGENSTECHE A. A. F. J. U. D.
EORUMQUE PROFESS. ANTEA MAR-
BURG. NUNC VERO STEINFURT. EX-
TRAORD. ET ILLUSTRIS. AC GENE-
ROSISS. S. R. I. COMITIS DN. ERNE-
STI COMIT. IM BENTH. TECKLAB.
ET STEINF. &c. SECRETARIJ
INTIMI, AC ARCHI-
VARII.

Ad D. 27. MART. PUBLICE DEFENDENDAM

SUSCIPIT

MAURITIUS BALCKE,
TECKLABURGENSIS



BURGO-STEINFURTI

Apud CONRADUM CONRAD I, Illust. Arn. Typ. 1709.

